

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum ad eam requiratur aliquis motus liberi arbitrii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

commisum peccatum dicitur peccator ex solo reatu, id est, obligatione ad penam per actum diuinam voluntatis, ex hoc enim deputatur; et homo potest transire de statu obligationis ad statum non obligationis ex hoc solo, et diuina voluntas ab eterno ordinat. Sicutem, qui heri peccauit, esse obligatum penae vita, ad primam horam diei

A D P R I M U M ergo dicendum, quod plus requiritur ad hoc, et offendit remittatur offensa, quod ad hoc, et simpliciter aliquis non offendens non habetur odio. Post enim apud homines contingere, quod unus homo aliquem alium nec diligit, nec odit; sed si eum offendit, et ci dimittat offensam, hoc non potest contingere absque speciali benevolentia. Benevolentia autem Dei ad hominem reparati dicitur per donum gratiae, ergo potest de culparum nisi absque gratia. Antecedens quo ad primam partem patet, quia datur medium, feliciter status innocentia. Quia ad secundam vero, quia qualitercumque potuit Deus facere voluntatem, talem praeceps potest reparare, potquam peccauerit. Secundo sic, Peccato repugnante dono gratiae, et retinendo naturam sine gratia, ergo per quodlibet eorum exclusum, non ergo exigunt gratia. Multa afferit, sed in his confutatoria vis, ex quibus vult non solum quod sine gratia infusio, sed sine etiam rectitudine naturalis restitutio, sola Dei voluntate non obligante eum qui peccauit, ad culpam, potest fieri remissio de potentia Dei absoluta.

Ad evidenter hunc difficultatem non oportet alia facere fundamen, sed recolenda sunt quae superius in tractatu de macula dicta sunt. Et adhucendum est quod, ut Magister in 18. dist. 4. sen. dicit, & bene, proportionaliter habet peccator dum peccat actu, & dum peccator remanet, quia dum peccat actualiter a Deo charitatis obiecto, malus fit; dum peccator manet auctoritate derelicta, malus est. Et quoniam autem hoc in omnibus bonis est priuatio rectitudinis charitatis debitis in actu secundo, auctoritate derelicta est priuatio habitualis conuersiois ad Deum obiectum charitatis, & non est pura negatio talis conuersiois, quoniam haec non est effectus peccati, & stat cum innocentia, sed est priuatio propria & stricta, & summa pro negatione boni debitis, quando oportet &c. ex hac priuatione que non est, nec potest a Deo, cum sit malum culpae formaliter peccator, & haec priuatio est terminus a quo in iustificatione non impetrari per modum contrarii, ut in art. praecedenti author dixit. Ex hoc patet, quia non potest intelligi remissio culpa nisi adueniente conuersione ad Deum charitatis obiectum, que est effectus formalis charitatis, ideo non est intelligibile, quod fiat remissio culpae abque infusione gratiae.

Ad obiecta autem in oppositum dicitur, quod Scotus errauit in ratione errore magno, ponens hominem post peccatum esse formaliter peccatorum per relationem rationis consequentem actus voluntatis diuina. Constat namque quod esse in peccato mortali, est esse in malo culpae, ergo non est in sola obligatione ad penam per actum voluntatis: nam hoc est esse in malo penae. Vide non est minima, quod errauit in consequentibus.

Ad illam autem propositionem, qualis inquit, potest Deus facere voluntatem, responeatur cōcedendo ad bonum sensum, sicut potest virginem reparare; sed negatur ita sequela, circa quam cogitat Scotus, scilicet, Homo lapsus est reparatus ad rectitudinem naturalis, dñe gratia faciente, ergo non est in peccato mortali. Stat namque quod prima priuatio rectitudinis naturalis sit capula, & secunda, si rectitudinis charitatis remanserit, at-

per hoc remanserit obex charitatis, qui non erat in homine antea quam habere posset. Nam enim dictum est, quod peccatum mortale includit calorem primitiōnē, immo haec principaliiter constituit peccatum mortale. Parent haec omnia, si ponamus quod homo in naturalibus creatus non peccauerit deviando a naturali p̄cepto rectitudinis;

A D T E R T I U M dicendum, quod sicut Augustinus in lib. de nuptijs & concupiscentia. Si a peccato deflisteret, hoc esset non habere peccatum, sufficeret ut hoc moneret Scriptura, Fili peccati non adjicias iterum. Hoc autem non sufficit, sed additur: Et de pristinis deprecate, ut tibi remittantur, transit enim peccatum actu, & remanet reatu, ut supra dictum est. & ideo cum aliquis a peccato unius uitij translat in peccatum contrarij uitij, definit quidem habere actum p̄cepti: sed non desinit habere reatum. Vnde simili habet reatum utriusque peccati: non enim peccata sunt sibi contraria ex parte auctorisationis a Deo, ex qua parte peccatum reatum habet.

A D S E C U N D U M dicendum, quod sicut dilectio Dei non solū consistit in actu voluntatis diuinae, sed etiam importat quandam gratię effectum, ut supra dictum est: & hoc, quod est Deum non imputare peccatum homini, importat quandam effectum in ipso, cui peccatum non imputatur, quod enim aliquis non imputetur peccatum a Deo, ex diuina dilectione procedit.

ARTICVLVS III.

Vtrum ad iustificationem impij requiratur motus liberī arbitrii.

A D T E R T I U M sic procedit. Videtur quod ad iustificationem impij non requiratur

non curando de effectu, quo ex peccato panitur peccator in naturalibus. Nec fallaris in hac re, translatio de rectitudine naturali ad innocentiam, quasi pro eodem intento eidemnam magnus esset error, quia lapsus nulla potentia potest restituiri ad innocentiam, quia non fieri potest, quod non peccauerit, reputant enim innocentie peccasse, quoniam restitutio potest ad rectitudinem naturalem. Vnde si restitueretur ad talen rectitudinem abque gratia, adhuc esset, ut dictum est, in peccato mortali propter illum auerionem derelictum, quia sola gratia auferitur, quae non est compulsibilis innocentia, nec est in homine in puris naturalibus.

In responsione ad secundum in eodem 2. art aduerteth hoc argumentum esse rationemphantastam. Sc. n. 14. dist. 4. afferens Augustinum Pfal. Videtur, inquit, Deum peccatis est ad penam non imputare, et auertere autem faciem a peccatis, est ad penam ea non referi. Et nota quoniam profunde author hoc eradicat, cum exemplis & similibus inducet a scoto ibide, dicit: p̄dilectio Dei qua nos diligunt, non consistit in solo actu dilectionis, sed in effectu. Et quoniam non imputatio ex dilectione prouenit, effectum oportet in nobis ponere hmoi non putationis. Et per hoc excludit duo. Primo, quod non impetrari voluntas diuina dupliciter possit comparari ad creaturam, si ut obiectum, & ut effectum, est enim ab ea & voluntate facta & esse voluntate praeceps effectum, quia illud est aeternum, hoc temporale, nihil est auctum, & non factum ab eo, qui quacunq; voluit fecit. Et cum omnis voluntate dilectionis quod dā fit, nihil est effectum nisi cum eff. Et ac per hoc Sotus qui peccauit, si est a Deo dilectus, & non impetrat ei peccatum, eff. Et cum oportet aliquem in eo posse huius voluntatis diuinae, & secundum hunc effectum dicunt Deus auertere faciem a peccatis, & non referare ea ad penam. Secundo, quod non est simile de dilectione & non imputatione hominis & Dei, quia humana consistit in solo actu diligenti & non imputantis, diuina non.

Super Questionis centesima decimatercia Articulum tertium.

In articulo tertio eiusdem questionis centesima decima tertia aduerte, quod actus liberī arbitrii, eius qui iustificatur, concurrens ad iustificationem impii, non fit concurrens, quod iustificatione sine eo fieri nequeat, ut patet in p̄teris, & amentibus.

Prima Secunda S. Tho. KK 4 respon.

QVAEST. CXIII.

responsione ad pri-
mum, quibus sufficit
meritum Iesu Christi.
Et quando co-
currit, non uno modo co-
currit, nam quando-
que concurret simul lan-
taneus, & hoc est re-
gulare, & est motus
acceptantis gratiam,
ut in litera dicatur.
Quod non intelligas
sic, quasi gratia sit
objecit illius actus
qui sit acceptatio, sed
in actu exercito: quia
si est motus liber arbitrii, exercentis accep-
tationem gratiae, exer-
citur. n. hic per hoc,
quod voluntas mo-
uetur in Deum prin-
cipium gratiae in re-
missione peccato-
rum, amando ipsum
cum derestatione of-
fensae sua. Quando-
que concurret preuen-
iens, ut in dormien-
tibus, vel non subfi-
cientibus, ut in respon-
sione ad primum dic-
etur.

Lib. 4. ca. pa-
rū, ante me-
diū tom. 1.

motus liberi arbitrii. Videmus. n. q̄
per sacramentum baptismi iusti-
ficantur pueri absq; motu liberi
arbitrii, & etiam interdum adul-
ti. Dicit. n. Aug. in 4. confel. q̄
cum quidam suus amicus labo-
raret febribus, iacuit diu sine sen-
su in sudore lethali, & dū despe-
raretur. baptizatus est nesciens,
& renatus est, quod fit per gra-
tiam iustificantem. sed Deus po-
tentiam suam nō alligavit sacra-
mentis. ergo etiam potest iustifi-
care hominem sine sacrifici absq;
omni motu liberi arbitrii.

Lib. 8. ca. 10.
non procul
a fine & ga-
12. 10. 3.

¶ 2 Prat. In dormiendo homo

non h̄t v̄sum rationis, sine quo
nō potest esse motus lib. arb. sed
Salomon in dormiendo consecu-
tus est à Deo donum sapientiae,
vt habetur 3. Reg. 3. & 2. Paral. 1.
ergo ex pari ratione donum gra-
tiae iustificatis q̄nq; datur homi-
ni à Deo absq; motu lib. arbitrii.

¶ 3 Prat. Per eādem causam gra-
tia producitur in esse, & conser-
vatur. dicit. n. Aug. 8. super Ge-
nes. ad literam, quod ita se debet
homo ad Deum convertere, vt
ab illo sp̄ fiat iust. sed absq; motu
lib. arb. gratia in homine con-
seruatur. ergo absq; motu lib. arb.
potest à principio infundi.

SED CONTRA est, quod dici-
tur Ioā. 6. Omnis qui audit a Pa-
tre, & didicit, venit ad me: sed di-
scere non est sine motu lib. arb.
addiscens. n. consentit docenti.
ergo nullus venit ad Deum per
gratiam iustificantem absq; mo-
tu lib. arbitrii.

RESPON. Dicendum, q̄ iustifi-
catione impij fit Deo mouente ho-
minem ad iustitiam: ipse. n. est q̄
iustificat impium, ut dicit R. o.
3. Deus autē mouet oīa fm mo-
dum vniuersitatisq; sicut in natu-
ralibus videmus, q̄ aliter mouen-
tur ab ipso graui, & aliter leua
pp diuersam naturam vtriusque.
Vnde & hominem ad iustitiam
mouet fm conditionem naturae
humanae. Homo autem fm pro-
priam naturam habet, q̄ si liberi
arb. & ideo in eo qui h̄t usum li-
beri arbitrii, non fit motio à Deo
ad iustitiam absq; motu lib. arb.
sed ita infundit donum gratiae iu-
stificantis, quod etiam timul cū
hoc mouet liber. arb. ad donum
gratiae acceptandum in his, qui
sunt huius motionis capaces.

AD PRIMUM ergo dicendū,
q̄ pueri nō sunt capaces motus
liberi arbitrii. & ideo mouentur à
Deo ad iustitiam per solam in-
formationem animæ ipsorum.

F Hoc autem non fit sine sacramē-
to, quia sicut peccatum origina-
le, a quo iustificantur, non pro-
pria voluntate ad eos peruenit,
sed per carnalem originem: ita

etiam per spirituale regenera-
tionem à Christo in eos gratia
deriuatur. Et eadem ratio est de
furosis & amentibus, qui nun-
quam v̄sum lib. arb. habuerunt.
Sed si quis aliquād habuit v̄sum
lib. arb. & postmodū eo careat
vel per infirmitatē, vel per (om-
nium), nō consequitur gratiam iu-
stificationem per baptismum exte-
rius adhibitus, aut per aliquod
aliud sacramentum, nisi prius ha-
buerit sacramentum in proposi-
to, quod sine v̄sum lib. arb. non cō-
tingit. Et hoc modo ille, de quo
loquitur Aug. renatus fuit, quia
& prius, & postea baptismum ac-
ceptauit.

AD SECUNDUM dicendum, q̄
etiam Salomon dormiendo nō
meruit sapientiam, nec accepit:
sed in somno declaratum est ei, q̄ pp pra-
sideriorū ei à Deo sapientia infundebatur.
eius persona dicitur Sapientie 7. Optantū
mihi sensus. Vel potest dici, q̄ ille somnus
naturalis, sed somnus prophetie, secundum
dicitur Nu. 12. Si quis fuerit inter vos propo-
mini, per somnum, aut in uisione loqua-
in quo casu aliquis v̄sum lib. arb. habet. En-
dum est, q̄ non est eadem ratio de dono &
& de dono gratiae iustificantis. Nam donu-
iustificantis præcipue ordinat hominem
quod est obiectum uoluntatis: & ideo ad ip-
uetur homo per motum voluntatis, qui cū
lib. arb. sed sapientia perficit intellectum, qui
dit voluntatem, unde absq; completo mo-
bit, potest intellecetus dono sapientia illu-
cut etiam videmus, q̄ in dormiendo aliqui
nubus reuelantur, sicut dicitur lob. 33. Quia
sopor super homines, & dormiant in letu
aperit aures uirorum, & eruidens eos, influ-
plinam.

AD TERTIUM dicendum, q̄ in infusione ge-
stificantis est quedam transmutatio anima-
næ: & ideo requiritur motus proprius anima-
næ: vt anima moueat se secundum modum
Sed conseruatio gratiae est absq; transmutatio
de non requiritur aliquis motus ex parte
sola continuatio influxus diuinus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad iustificationem impij requi-
ratus motus fidei.

AD QUARTVM sic procedi-
tur. Videlicet q̄ ad iustifica-
tionem impij nō requiratur mo-
tus fidei. Sicut. n. per fidem iusti-
ficatur homo, ira etiam & per
quædam alia, s. per timorem de
quo dicitur Ecclesiast. 1. Timor